Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

primum Monachi Benedictini, aliique, ut hors tulit: tandem Cisterciensibus obligit, ac traditum fuit anno Domini 1259. ab Illustrissimo ac Reverendissimo Domino Gerardo Archiepiscopo - Principe - Electore Moguntino, ac Canonicis Maioris Ecclesiæ, accedente ad id Summi Pontificis consensu et voluntate. Porro Disenbergense Cœnobium (cuius hoc anno dom. 1640. nominatus et confirmatus fuit Abbas) situm est in Inferiori Palatinatu, in Comitatu Spanheimensi et Rosetura Meisenheimensi, inter Crenzenach et Sobernheim, pulcherrimo ac amœnissimo in monte, in quo crescunt vina præstantissima --- Primus ad hunc locum, cum duodecim Monachis ac Conversis, missus est Abbas, ex Monasterio Otterburgensi, vir vita venerabilis Joannes etc. Vide etiam Idea Congregationis Cist. Germ. item Agunt de hoc Cœnobio nobis Bernardinus Abbas Fast. Lucel. Sartorius Cister. germ. tit. 26. Kanthaler Fast. Campill. ad an. 1259. Idea Congreg. Cist. Cis. Germ.

13) Sartorius Cister. germ. ex Notitiis Hemmenrodensibus

14) Idem ibidem ex Notitiis eiusdem parthenone hoc communiatis.

15) Idea Congregationis Cister. Cis. Germ. Cella B. Mariæ (Germanice Wurmsbach) in Helvetia prope Rapersvilam ad lacum Tigurinum fundata est Anno 1259. per Rudolphum 4tum Comitem de Rapersweyl, Henrici Fundatoris Marischalli Germanum, Ejusque Conjugem Mechtildem de Vaz. Huic Monasterio Anno 1267. aliud Ordinis Præmonstratensis Fœminum, Ober-Bollingen dictum (fundatum itidem a Comitibus Rapersvilanis) Authoritate Pontificia, et Consensu Rudolphi Comitis Habsburgici, postea Imperatoris, fuit unitum. Fuit igitur hic Rudolphus Habsburgicus saltem confundator.

16) Idea Congregationis Cis. Germ. Macrangia (Germanice Magerau) ad Sannam fluvium in Sub-Urbano Friburgi Nuitonum, et Diœcesi Lausanensi, fundata est An. 1259. ab Hartmanno Juniore Comite de Kyburg, cujus liberalitate fecuti sunt Comites de Neoburgo, Nobiles de Grayson, de Englisberg, aliique plures.

17) Giordanus Hist. Flor. et Villanus apud Raynaldum Annal. Eccles. ad an. 1260, et 1261.

18) Pernoldus Chron. apud Kanthalerum Fast. Campill. Chron. Salisburgense ad an. 1260. Anonymus Leobiensis ad an. 1260. Korneckus c. 22. Cum ea victoria digitum in diem dextræ S. Joannis Baptistæ Ottocaro obvenisse, scribit Sartorius Cister. Lat. his verbis: Offecum ex Matre Waldsassio Sedlecii soror, Sacerrimo divi Joannis Baptistæ Indue, quo Agnum Dei indigitaverat, illustratur. Id clarissimum munus Primislai Ottocari donatione Regia Offecensis nostri obtinuere, qui Anno 1260. Bela, Stephanoque Hungariæ Regibus prælio triumphatis, cum victori militi spoliorum genus omne largissime indulsisset, ne

/ Ita quidem Notitia Salemitana apud Sartorium: Wurmsbach ein Frauen-Closter im Schweizerland, so An. 1259 von Rudolpho Grafen von Habsburg an einem anmuthigen Orte ohnweit Rapperschweyl fundiret worden. Es steht unter der Ordens-Paternität des Abts zu Bollingen. Sed

/ tit. 24.